

ausfüllte mit einer von einer Ziege oder einem andern vierfüßigen Thier, welches mehrere Jungen zu gebären pflegt, hergenommenen Empfehlung. Nati sind bei Virgil und auch sonst eben so gut die Jungen der Thiere als die menschlichen Kinder, aber sub ubere kann nicht von Frauen, sondern nur von Thieren gesagt werden, da Kinder an der Brust nicht unter derselben sich befinden, wann sie gesäugt werden, wogegen es von dem unter dem Leibe der Alten stehenden Jungen der Thiere ein passender und natürlicher Ausdruck ist.

R. Schwenk.

15. Lucanus.

Inter vertendum germanice Lucanum, in quo opere nuper occupatus fui, semel iterumque viam mendis obstructam mihi aperiendam esse vidi ope artis criticae, itaque annotationes ad Pharsaliam conscripsi, quarum potiores et tantum non indubitabiles operae pretium duxi communicare cum lectoribus Musei Rhenani, quo etiam illi, qui non legent metaphrasin, studio nostro frui possint et, sicubi successit, nobiscum gaudeant, sin minus, ut sumus homines, ipsi quoque annisi rem laudabilem ad finem perducere conentur, ut magis magisque splendore suo proprio enitescat carmen eloquens et velut reddatur sibi ingenium aevo feliciore dignum.

Libri primi vers. 24. ad 32.

At nunc semirutis pendent quod moenia tectis  
 Urbibus Italiae, lapsisque ingentia muris  
 Saxa iacent, nulloque domus custode tenentur,  
 Rarus et antiquis habitator in urbibus errat,

— —  
 — —

Non tu, Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus auctor  
 Poenus erit etc.

In universum praedico, me causas emendationum cum alias tum palaeographicas quam brevissime indicaturum esse, memorem aureae illius sententiae apud Euripidem Phoeniss. 435.: Ἀπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφν, Κοῦ ποικίλων δεῖ τᾶνδιχ' ἐρμηγευμάτων. Igitur hoc loco neque explicari probabiliter possunt TECTAE urbes, neque ipsum Urbibus ferri

potest, cum idem vocabulum habeatur in iis, quae proxime sequuntur, quibus est aptissimum; denique *erit* abhorret a rebus, quas poëta dicit, praeteritis. Quibus incommodis ut medeamur, puto scribendum esse: — *tactis Turribus* — *Poëmus erat*, quorum *Turribus* debetur Nic. Heinsio Advers. in Lucanum. *tactis*, quasi per nefas, quemadmodum Lyricus dixit *Non tangenda rates transiliunt vada*, i. e. captis ab hostibus et ipsis Romanis, bella civilia gerentibus; *erat* sensu simili praesentis sive potius aoristi Graecorum, sicut passim usurpatum invenias. Vide, si tanti est 10, 382. — Vers. 247.:

Et tacito mutos volvunt sub pectore questus.

Adeone Lucanum *ταυτολογεῖν*? Malim sane: *multos*. — V. 399.:

Illi vada liquerunt Isarae, qui gurgite ductus

Per tam multa suo, etc.

Ponamus: — *Isari* — *P. tam culta fero*. Isarum pro Isarae dixit. *tam culta*, quia Narbonensis Gallia cultissima est pars eius terrae. *Ferus* et *Suus* passim confusa in codicibus. — V. 464.:

— — — Rhenique feroces

Deseritis ripas et apertum gentibus orbem.

Imo: *opertum sentibus*. *Horridam silvis* Germaniam dixit Tacitus. — V. 663.:

Et coelum Mars solus habet. Cur signa meatus

Deseruere suos, mundoque obscura feruntur —?

Quaestio *ἀνόστατος*. In proclivi est ponere: — *habet, cui* (Marti) *signa* etc. — V. 680.:

— latosque Haemi sub rupe Philippos.

Vix dubitari potest, quin Luc. dixerit *latàque*.

Libri secundi vers. 140.:

Ille (Sulla), quod exiguum restabat sanguinis Vrbi

Hausit, dumque nimis iam putria membra recidit,

Excessit medicina modum.

Convenit sententiae *minus iam putria*. — V. 297.:

— — Ceu morte parentem

Natorum orbatum, longum producere funus

Ad tumulos iubet ipse dolor; iuvat ignibus atris  
 Inseruisse manus, constructoque aggere busti  
 Ipsum atras tenuisse faces.

Sic scribamus: — *Ad tumulum* —; *iuvat ictibus acres* *Inser-*  
*visse* (i. e. *Inserviisse*) *manus* —. — V. 323.:

— — Sic fatur et acres  
 Irarum movit stimulos.

At compescuit Cato iram Bruti. igitur restituendum suspicor  
*emovit*. — V. 532.:

O vere Romana manus, quibus arma senatus  
 Non privata dedit, votis deprecate pugnam.

Ineptum *votis*, aptum *vobis*. — V. 566.:

— — Caesarne senatus  
 Victor erit? non tam coeco trahis omnia cursu,  
 Teque nihil, Fortuna, pudet.

Facile intellectu est, Lucanum dixisse: — *num tam* — *pudet?*  
 — V. 657.:

Nil credens acti, cum quid superesset agendum.

Scrib.: *actum*. — V. 665.:

Vt maris Aegaei medias si celsus in undas  
 Depellatur Eryx.

Alienum mare Aegaeum. *Aegaei*, verbum tritum, simili *Aet-*  
*naei*, i. e. Siculi, officisse arbitror.

F. H. Bothe.

---

### 16. Hygin.

Bei Hygin (fab. 250. p. 359 ed. v. Stav.) lesen wir: Oe-  
 nomaum Martis filium ex Asterie, Atlantis filia, Diomedem  
 Atlantis filium, ex eadem. Diomedes kann auf diese Autorität hin  
 nicht als Sohn des Atlas angenommen werden, sondern statt Atlan-  
 tis ist Martis zu lesen, die Verfälschung aber ist durch das kurz  
 vorhergehende Atlantis filia veranlaßt worden. Eben so ist fab.  
 251. p. 361. Vlysses Laertae filius, propter patrem. Aeneas  
 Anchisae filius, propter patrem, das erstmal propter patrem  
 aus dem gleich nachfolgenden entstanden, und die Ansicht Schaeffer's,